

sit laudandus. Scribit Majest Regia de ista victoria breviter Illustrissimo Domino Principi vestro ut secum pro bono cristiano congratuletur. Hunc autem militem cognatum meum nobilem Gasparem Marzenuschy vobis comendo, et rogo ut eidem usi sitis consilio et auxilio quod ad istam peregrinationem bono animo transeat. Erit certe mihi res gratissima. Optime valeatis et me ametis.

Ex Cracovia, 3 mai anno Domini 1512.

MATHEUS DREVITIUS

Dei gratia episcopus Premisliensis
et cancellarius R. P.

A tergo: Magnifico domino Nicolao Georgio patritio veneto, amico carissimo et honorando.

Lodovicus Dei gratia rex Francorum, dux Mediolani, dominus Januae etc. Carissimi et magni amici. Certiores facti sumus ex pluribus locis vos parare ad sumendum arma ut intretis Italiam, ut nobis inferratis bellum in nostro ducato Mediolani et alibi ad suggestionem horum qui inimici nostri vobis persuadere curaverunt quod nos gessimus bellum contra terras Ecclesiae; quae res non est vera, nec umquam fuimus in hac voluntate aliquid facere vele contra Ecclesiam, sed invenitis quod nos et nostri praecessores tantum plus fecimus quam nulli alii principes pro Ecclesia romana et sanctissimis patribus praesidentibus Sanctae apostolicae sedis ut satis est notorium, et maxime id quod nostro tempore fecimus.

217

Exemplum.

Substantia del breve mandato per la Sanctità del Nostro Signor al ducha di Ferrara, come ha referito uno vien di Romagna.

Alfonso *olim* ducha di Ferrara. Respecto al luogo elemente che nui tenimo et *etiam* a contemplatione di el marchexe di Mantua et sua dona et de mado-na la duchesa, nui ti comandamo che, visto el presente brieve, tu lassi tutti li prexoni de la Sancta Madre Chixia, di la Catholicha maiestà et de li Signori venetiani, per esser tutti confederadi. Et li in ipso brieve si comemora tutte le injurie facte per esso Duca a cadaun de la sancta Liga, et tutti li beneficii che da epsi in diversi tempi ha ricevudo; et poi dice ad epso Ducha, concludendo, meteti in ordine come a te piace et vien ai nostri piedi, et di' et esclama quello che a te piace, che te serà risposto, et esser d'acordo o no con nui, te affidemo et assecuramo di venir et di tornar al tuo locho.

Questa scrittura fo mandata per via di sier Marco Zantani podestà di Chioza a la fine di zugno 1512. El qual Ducha partì e andò verso Roma con cavali 45; non andò a Ravenna, perchè le donne lo voleano lapidar, haveano preparato li cuogoli, e cussi li homeni; e andò a Rimano.

218

Exemplum.

Exemplum litterarum Regis Gallorum ad Friburgenses ex gallico in latinum translatarum.

A tergo: Carissimis et magnis amicis Sculteto et consilio villae et Cantonis Friburgi.

Carissimi et magni amici, multum admiramur quoniam nostri praedicti inimici ita vobis persuadere potuerint quod dictis rebus credidistis, viso quod temporibus retroactis, nos et dicti praedecessores nostri reges Francie fuimus confederati et colligati vobiscum et bene conservavimus ac observavimus huiusmodi confederationem et ligam, et nobis mirum modum displicet quod non perseverarit et permanseritis in dicta antiqua amicitia et liga nobiscum, et quod propter subtilitatem et fraudem quibus vobis persuadent dicti inimici nostri vos ostendatis nos ita velle discedere sine causa et sine ratione. Ut autem intelligatis et cognoscatis quod nostri praedicti inimici vobis false persuaserunt et quod nos nihil temptavimus contra Ecclesiam, nos sumus contenti credere vobis plane de omnibus differentiis quae possunt esse inter Nostrum Sanctissimum Patrem et nos, et nos rogamus quod vellitis accipere huiusmodi differentias in manus vestras et quod interim vellitis abstinere a bello et revocare gentes vestras. Quod nobis non displicebit si, postquam cognoveritis veritatem dictarum differentiarum, si facietis quod iussum vobis fuerit. Sed in praesentiarum nobis displicet vehementer, quod ad suggestionem et persuasionem malevolentium et invidum dictorum inimicorum qui excitarunt bellum contra nos et prohibuerunt Nostrum dictum Sanctum Patrem veniendi ad bonam pacem nobiscum, vos posueritis ad nobis inferendum dictum bellum, viso quod fuimus semper amici et confederati et habuimus Dei gratias plures magnas et honorabiles victorias constantim. Ex quo nostri inimici, qui semper fuerunt vestri, habuerunt maximam invidiam contra nos et non cessarunt donec vos segregaverunt a nobis; nihilominus speramus quod dicta se-